

vel causam libidinis, dixit supra q. 21. vers. Dicitur socij; Veruntamen cum hoc dicto concordat Marfil. d. Rubr. de fidei iussu num. 48. ad finem, & numer. 152. cum sequi. Adde infra quæst. 87. versic. quæro nunquid, vide Bartol. in l. verum, ff. de Furt. & Melchior em de Faccinis inter Consilia Criminalia diuersi. consilio septuagesimo octauo, numer. 35. part. 1. His tamen adde illud Horatij Carmin. lib. 2. Satyra 3. Adde Crucem stulticie, atque ignem gladio scrutatæ, modo, inquam; Helliade percussa. Drogh.

*Et ideo si mulier.]* Adde, quod licet mulier esset vetula, & deformis, quod per hoc non dicitur fecisse animo offendendi, sed causa libidinis ita consuluit Bertazzol. consil. 261. per totum. Baiar.

*Quæro quomodo hæc pœna.]* De hac pœna cautionem frangentis, nempe, quæ sit, & cui applicetur Farin. d. q. 107. artic. 7. p. pat. num. 77. & artic. 8. n. 9. & an in solidum, art. 10.

*Et hoc dictum Bart. communitur à consulentibus approbatur, vt dicit Lud. Catus inter consilia criminalia diuersorum, cons. 99. n. 13. lib. 1. Hanc etiam dicit esse communem sententiam August. ad Ang. de malef. in verbo, Che hai adulterato, post numer. 90. Et ideo si mulier illa esset adeo deformis, seu vetula, vt verisimile esset,*

num. 96. An pace secuta, & extincta, d. ar. 12. nu. 117. & num. post iterum exigi, art. 9. num. 95. & an probetur ex fuga ipsa fractio in specie, num. 105. Quomodo in cautione censentur hæredes actiue, & passiuè comprehensu d. q. 107. artic. 27. num. 352. & ibi etiam si cadaueri facta sit offensio. Ros.

*Quæro quomodo.]* Ad videndum Rim. iun. conf. 306. vol. 3. vbi habetur, quomodo sit faciendâ diuisio pœnæ pacis ruptæ inter confort. s.

68 Item adde, quod cautiones de non offendendo in vno territorio præstite, si in alio sit contrauentum, dicuntur ruptæ, & exigi possunt, iuxta tradita per Vulpell. in conf. 89. per totum.

69 Item adde, quod bannitus, nec eius procurator non admittitur agendo ad pœnam pacis ruptæ, saltem pro parte sibi applicanda, quando ex dispositione statuti banniti non audiuntur, nec ad agendum admittuntur, Berous in conf. 197. n. 1. vol. 3. Baiar.

QVÆSTIO XLVIII.

Quæ dilationes in causis criminalibus concedi debeant.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 De dilationibus.
- 2 Quæ dilationes dari debeant in causis criminalibus.
- 3 Et an in causa adulterij concedendæ sint dilationes, prout in alijs causis.
- 4 Dilationes in causis criminalibus an sint vtrique parti communes.

Ex Additionibus.

- 1 Dilatio à Iudice concessa potest commutari, abbreviari, & Limitari nisi, cui fuerat concessa, ea vti capisset. (reuocari. Item nisi fuisset data de consensu partium.)
- 2 Dies termini an, & quando computetur in termino remiss.
- 3 Dilatio longior conceditur nobis, quam rustico. Et quando possit alterari remissiuè.
- 4 Dilatione pendente Iudicis officium conquiscit. Et an processus factus ea pendente sit nullus. Et an consensu partium ratificari possit.
- 5 Dilatio secunda, nec noui articuli, nec noui testes post primum terminum dantur in Sacro Consilio Neapolit. licet ex equitate reus admittatur in criminalibus ad vberius se defendendum sine dilatione.
- 6 Defensio valet, licet facta sine termino.
- 7 Dilationes in criminalibus non sunt necessario dandæ.
- 8 Dilatio vni parti concessa, est alteri communis. Amplia, etiam si fuerit concessa de iure speciali.

ADDITIONES Ad Quæst. XLVIII.

*Citari ad subministrandum.]* Adde supra quæst. 11. versic. sed quid est conuersio quæst. 57. versic. hæc quæst. 31. versic. Vterius quæro in princ. In hac autem materia dilationum, nota, quod etiam ipso tempore statuto ad probandum, si tamen de nouo superueniat probationes, sunt admittendæ; Boer. in addit. ad Dyn. in reg. Indultum, vbi diffusè loquitur in littera A. ad fin. de regul. iur. in 6. Procede tamen ante publicatas attestaciones, vt est infra quæstion. 61. versic. Sed hæc quidem. Et hic quia loquutus sum de dilationibus, adde infra quæstion. 51. versic. alia

QVÆSTIO XLVIII.

*Perfecto processu informatio ex parte Iudicis, reoque examinato, factisque debitis repetitionibus, & confrontationibus testium, solet pars offensa citari ad subministrandum, si quid habet contra ipsum reum, præsertim vbi adest querela, & etiam eodem contextu citatur ad videndam fieri publicationem processus. Et scias, quod licet in causis civilibus publicatio processus nihilominus valet, vt dixi infra libro proximo; tamen in causis criminalibus, si ommitteretur, processus esset ipso iure nullus, quia*

tolleretur reo facultas se defendendi; nam secundum communem practicam, eodem contextu solent Iudices publicare processum offensiuum, & eius copiam parti decernere, vna cum termino ad faciendum suas defensiones.

*Sed pone, quod accusator compareat, & petat sibi statui dilationem ad probandum. Respondetur, quod Iudex debet illam concedere, & super perdere à publicatione processus. Et ita vbi que indistinctè obseruatur.*

*Quæro, quot dilationes dandæ sunt in iudicij criminalibus. Respondetur, quod de iure dandæ sunt accusatori duæ dilationes, tres*

etiam; & quia in Criminalibus dilationes sunt arbitrariæ, vt infra versicul. Quæro quot. Idem nota esse in Civilibus, si statutum non obstet, attento iure communi, text. in l. non vnquam, ff. de Iudic. l. 1. C. de dilation. Crauet. consil. 23. numer. 7. ad fin. Drogh.

*b Quia tolleretur reo facultas.]* Adde sup. quæstion. 45. versic. fin. Drogh.

*c Quæro quot dilationes.]* Adde, quod dilatio data per Iudicem potest ab eo commutari, reuocari, & abbreviari; nisi ille, cui data fuit dilatio, incepisset illa vti. Iafred. Bald. decision. 338. dicit communem; & nisi dilatio data fuisset de consensu partium, id est accusatoris, vel fisci, qui tunc reuo-

reuocari non posset sine consensu partium Gabriel. commun. conclus. lib. 2. sub rubr. de dilation. conclus. 1. num. 10. Et an dies termini computetur in termino, vide multas limit. per Petr. Duen. regul. 196. & 197. & Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Glof. 1. r. num. 19. & n. 42.

3 Item adde, quod nobili datur dilatio longior, quam rustico, Menoch. de arbit. iudic. cas. 52. fol. 108. vbi plenè de materia dilationum, & quædo sint prorogandæ, & quando coarctandæ.

4 Item adde, quod dilatione pendente officium Iudicis conquiscit, l. si te pars, C. de dilation. & an ea pendente processus iudicis reddatur ipso iure nullus, & an sententiæ sit ipso iure nulla, vt consensu partium ratificari non possit, vide omnino Gabriel. commun. conclus. lib. 1. tit. de dilat. concl. 1. vbi ad hanc regulam ponit multas ampliat. & limitat.

5 Item adde, quod in Regno Neap. adest constit. quæ incipit, Lite legitime contestata; qua disponitur, quod in primo termino dato omnia producantur, & loquitur tam in criminali, quam in civilibus, & ideo factum Consilium non admittit novos articulos post terminum, nec nouos testes, nec dat secundam dilationem, sed de æquitate permittit, quod reus sine aliqua dilatione examinet ad pinguius probandum, & se defendendum, ex quo sumus in criminalibus, vt attestatur Capyc. in decis. 81. in fin. & Carait. in ritu 99. vbi latissime, & Foller. in practica crimi-

minal. in verb. & facta litis contestatione, n. 9.

6 Item adde, quod valet defensio, etiam quod facta fuisset sine termino, secundum Bartol. in l. vnus, §. cogniturum, n. 7. ff. de quæst. & in l. in criminalibus, ff. de adult. quia dicit Bal. in l. 1. C. qui accusat. non possit. quod in criminalibus causis necessariò dilationes non sunt dandæ Baiard.

*d Duæ dilationes.]* Farinac. tit. de indit. volumine secundo, quæstione 39. numero 4. 5. & 6. Rosf.

*e Reo.]* Adde, quod in criminalibus Iudex de iure non potest statuere reo vnâ dilationem, & peremptoriâ pro tribus, secundum Bald. in l. non sunt liberi, ff. de statu hominum, & Cyn. in l. 1. C. de requirend. reis. Guoz. f Maranta. ) Titul de dilationibus, num. 3. p. 6. Rosf.

*g Ceterum autem.)* Adde, quod omnes termini dati vni parti sunt alteri communes, & a vno quod ei re non integra renunciasset, & etiam si terminus datus esset minori iure speciali restitutionis in integrum, vt per Carau. in ritu 90. num. 2. & sequ. Baiard.

*h Sunt etiam alteri communes.)* Adde Tex. in leg. Petendæ, C. de in integr. restitut. peten. Nihilominus debent dari maiores dilationes reo, quam Actori, Glof. celebris in l. sicut, §. Sed si querantur in Glof. 1. ff. si tertius vend. Boer. in addition. ad Dyn. in Regul. Non licet, sub numero primo, littera A. de regul. iur. in 6. Drogh.

7 Et an prius fieri debeat repetitio testium.

9 Et an sit danda reo copia allegationum, remissiuè.

10 Et an etiam accusatori danda sit copia processus.

11 Et quid in processu, qui sit super inquisitione generali.

12 Et an facta publicatione processus possint adhuc testes recipi remissiuè.

13 Neminem condemnari debere, nisi dato termino defensionis.

14 Et an Princeps possit huiusmodi terminum defensionis tollere in causa criminali.

15 Et quid si reus captus sit in flagranti crimine, remissiuè.

16 Et an possit reus huic termino renunciare.

17 Et an reus petens veniam delicti censetur illud fateri.

QVÆSTIO XLIX.

Copiam indiciorum reo decernendam esse, dandumque terminum defensionis.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 De publicatione processus, eiusque copia parti decernenda.
- 2 Et quid si procedatur per viam inquisitionis.
- 3 Et quid in crimine hæresis.
- 4 Et quid si pars illam non petat.
- 5 Et an pars petens copiâ processus teneatur exprimere causâ.
- 6 Et quid si reus sit contumax.
- 7 Et quid si ex pluribus reis aliqui sint presentes, & aliqui contumaces.

*Ex Additionibus.*

- 1 Index alterius instat. e. an, & quædo possit publicare processum.
- 2 Reus debet reduci ad carceres inferiores, & ei dari licentia, vt possit cum Aduocato, & Procuratore colloqui post datum terminum defensionis.
- 3 Index an possit prohibere, ne reus Aduocatum, & Procuratorem alloquatur.